



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 4. Vade corripe. Tu ipse peccantem accede: peccato namque detinetur, ne te conueniat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

26. 27. 28. 29. 30.

illud ampuet. Ea de causa, protestatus est D. Paulus, quod in hoc minime deliquisset: *Confessor vos, quoniam mundus sum & sanguine omnium vestrum, non enim subterfugi, quo minus ammittarem, omne consilium Dei vobis.* Hoc idem fecerat & David: *Labia mea non prohibebo.* Hoc Moyses indicavit, ijs precipiens qui ex parte Dei essent, gladio manus apponerent, & de porta ad portam per mediam turbam ac tabernacula progressi, emulos Deo rebelles, ac idololatrias vituli, interfectione delerent: quod fusiis ibidem prosequitur D. Greg. explanans, quid sit per media discurrere tabernacula, & de porta ad portam incedere, quo declarare voluit omnia genera peccantium, qui nobis occurrent, in omnes a nobis stringendus est gladius correptionis.

§. 4. Vade corripe. Tu ipse peccantem accede: peccatonamque detinetur, ne te conueniat.

Ho. 44. in 1. ad Corinthios.

Hic porro rationi, nuac noui (loquitur D. Chrysof.) qui mihi replices, quod si quis em tenearis auxiliari fratri tuo, quando per se non potest, non tamen quando ad manum paratum habet ipse remedium, ac sumere potest quotiescumque liberit. Famet aliter, non ego panem illi teneor erogare, si domi paratum ita habeat ad manum, vt tantummodo volens illud, habeat. Non obligor illi succurrere, qui se sponte propria deiecit in terram, & in ea iacet, quia sic fedet animo, ac seipsum valet, quando cuiusque voluerit, erigere. Peccati peccator obruitur necessitate: quia sic illi placet, ipse se vitroneus illi ingessit, libero quoque pollet arbitrio, peccato, quotiescumque placuerit egrediendi. Si vigeat intellectu, quo statum suum potest ipse cognoscere, peractum, quid opus illi est, vt illum ei demonstrem apertus? Si manum potest adhibere, remedio, quotiescumque liberit, quo ego vinculo constringor, illi remedium applicandi? Eius est imputandum culpæ, quod necessitate languet; illam etenim ipse concupiscit. Hic licet inueni (monet D. Chrysof.) quid operetur peccatum: vtique peccantem excorcat, eiusque obnubilat intellectus oculus sic vt non videat, aut suum non aduertat malum, aut periculum non consideret.

I. Peccatum in intellectu obfuscat.

Clarissima fulget sol iste luce, (sic D. Chrysof.) qua totum illuminet mundum, ac extra sursum exurgunt vapores, adeo densi, atque obscuro, vt lucem hanc obscurent, maneaque mundus,

velut spissis immerfus tenebris. Hominis intellectus, sol est lucidissimus, qui totum illustrat hominem, at tamen ex carnis, nostræ teræ, vapores exhalantur appetituum atque concupiscentiarum, quibus lux illa contenebretur, ita vt homo quasi densissimis tenebris inuoluatur sic, vt suum non videat damnatum, non attendat periculum, miseriamque non consideret. Hoc velim perpensas (inquit) in Davide. Quam sol radians eius intellectus, diuinæ gratiæ lumine collustratus, quo secreta quælibet, diuinæ sapientiæ arcana hinc eis penetrabat: *Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Quam peripicaci valebat oculo: *Sicut lux aurora oriente sola manet absque nubibus rutilat.* Fatebatur ipse de se, quod quicquid sui prædecessores intellexerant, ipse sapientius intelligeret: *Super senes intellexi.* Verum tamen vapor quidam carnalis exsurteit voluptatis, motus ille luxuriosæ concupiscentiæ, dum venustatem corporis Bethsabeæ contemplantur, heu curiosus nimis. Et quales inde tenebræ; Tam crassa, vt nec videret, nec aduerteret, nec consideraret, & nihilominus cum totus obloqueretur populum, imo & extera nationes Deum Israel calumniarentur, quod adeo nefanda patiens periret a rege quem ipse in thronum propria exalterat auctoritate, ipse tamen omnium velut inscius, quietus residet, nec videt, quasi nihil horum quidquam esset, velut qui ventorum agitata tempestate, nauicam contrahit manuum, obdormitque Lethargicus: *Dauid quid eras cordarius magis? Et qui dicit: Ignota & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Sed quod scientie meæ nauigantes patiuntur, versisense est, hunc quoque passum. Hinc vniuersa sapientiæ eius exhausta est, & ait: Patruerunt & corrupta sunt cicatrices meæ, & facie insipientia mea. Ipse quoque alio psalmo ait: Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui videre. Captiuum me duxerunt iniquitates meæ, visum mihi oculosque effoderunt, vt videre non possim. Non potuisti? Tunc peccatum liberum abstulit arbitrium? Num hebetavit intellectum? Minime; verum tamen mee libertatem voluntatis debilitauit, intellectus mei lucem obscureauit, ita vt indiguerim auxilio; mihi opus fuerit alieno subsidio, quaerere deberim qui manum, quò surgetem, exporrigeret, qui lucerem oculis meis, qua me ipsum viderem accenderet clariorem. Hoc Nathan egit, vulgari illa parabola, quam Davidi proposuit, quam velut lampadem coram illo lucidissimam accendebat. Quid reman fecisset David, licet etiam David, inquit D. Chrysof. Si Nathan non accur-*

accriferet illum correpturus, illuminaturus, excitaturus?

Optimè dixit D. Iacobus quòd quoties ab appetitu carnali, atque concupiscentia homo tentatur, illum ita abstrahit, & illicit, quasi extra se raperet, vt alias de Samlone diximus, fillacibus Dalila blanditijs dementato: *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua, abstractus à seipso.* Quas tales ineptias, quæ talia ludicra stultus gyrgatho conclusus excitat, qualia peccator? indigna audito, incomposita, qualia lastitia deditus? Tu ipse iam peccato egressus, & effreni mentis passione solutus, quæ tenebaris, a se, vbi nam, Domine, fuerim quidue cognauerim nescio. En quam obsecratum talis me demittit, mei compos non eram, Idcirco S. Scriptura illa tam vulgari, vtur phrasi, quæ dicitur excordes esse peccatores: *Ephraim seductus non habens cor &c. nesciuit, &c. ignorauit.* Diciturque madidos non ab vuarum vino, sed suis inebriatis delicijs, vt Iaias loquitur anima peccatoris: *Pau-percula ebria non à vino.* Meirco indigent auxilio, & vt alius quispiam, illos cubito percussit, quo expergescant, videant periculum, carcerem auertant, & quod in ambas dormiant aures, apatque ille quod Angelus D. Petro: *Qui percussit lacero Petri excitauit eum dicens: Surge velociter.* Nauis gubernator, in qua Ionas tam profundo premebatur somno, vt, non obstante naufragij periculo adeo manifesto non aduerteret, percusso grauiter latere Ionam expergescit, inclamans: *Surge & inuoca Deum tuum.*

D. Chrysost. in argumentum addit Moysen. Erat hic omnium, quos mundus alebat, in omni scientiarum naturalium genere sapientissimus: *Erat Moyses eruditus in omni sapientia Egyptianum.* Insuper naturalibus autem, omnium erat adeptus lauream doctoratus, ab ipso Deo præcepto te instructus. *Erat in externa philosophia bene instructus, & non minus spiritalium intelligentiâ insignis.* Erat autem potens in verbo, & opera, alijsque virtutibus. Commissum curæ suæ regebat populum adeo multum, vt virorum barbarorum ad sexcenta millia numerarentur, hos omnes gubernabat eorum per deserta antesignanus. Die quodam tantum excitauit tumultum, vt inops consilij menteque turbatus deficeret, videns se his non posse satisfacere, & quasi rationis impotens, inutiliter sese fatigabat. Accessit ea tempestate forer eius Iethro: *Homo barbarus, & obscurus, qui in solitudine vitam operat.* Qui sic Moysi: *Multum abetras à scopo, Moyses, inordinatus est ille modus agendi: Sine labore con-*

sumeris, tu & populus, etenim in eo quod agis teipsum exhauris, nocetque populo non leuiter. Attende, alio namque modo, res vtilis expedietur, datque consilium, id declaran, quod sibi foret in commodum vniuersque faciendum: *Ille Moyses à barbarus, ille infusus, ille insipiens, vbi videt Moysen Iethro quædam contra dignum facere, cum corripit, non curans quod sapiens esset, & intelligens, inuititer. que consilio increpationem: dicit enim illum D. CHRYS. redarguens: Sine labore consumere. Tibi motus Hom. de diem acceleras? Qui non odo igitur, forte plura viderend. dit, plura sentit quam Moyses? Ac ut non pollebat reprehens. ingenio? Non polleat, at Moysen turbantur Tom. 3. multus ille, populique seditio, vt illi foret necessarium, alius a cederet eum illuminatus, doctus ea, quæ ipse scientiâ licet longè superior, non aduertebat. Si autem hoc Moyses est pallius ob tumultum, confusioem, populique seditionem: quid futurum in peccatore cessabimus, ob passionum suarum tumultum, populi clamores, carnis motus, mundique tentationes? Omnino illi expedit vt aduertat, moueat, illum illumies, & easque: *Sine labore consumere.* Attende, precor, et arduissime, tibi prospice, imprudenter tuas perdis fortunas, honorem exponis famæ derogas, & quod omnium maximum, miserè dilapidas animam.*

§. 5. Vade. Conuenit, vt tu peccatorem conuenias, vt medicus Iethargicum.

Ex his alteri respondetur dubio, quod tibi forsitan occurret, circa Domini præceptum, quod si videris fratrem tuum labi in peccatum, accitras ocyus, lapsum erigas, errantem corripias: *Vade corripe.* Numquid mihi incumbit Domine, illum vbi nam sit, inquirere? Non tenent venari pauperes extrema laborantes inopia, quibus erogem elemosynam: veniant ad me non enim diues & crudelis accusatur epulo, quod Lazarum mendicum, & victis inopiâ pereuntem non quæ fuerit, sed accedentem Lazarum, ostium eius pulsantem, stipem mendicantem, repulerit, non dederit immisericos. Attamen apponit Saluator noster præcipit: *Vade ad illum, illum inquirere, nisi eum ad illum accesseris, illumque indagaueris, non ille te conueniet, non ille te inuestigabit.*

Proposito nostro congruè perpendit Theodoretus discrimen quod inter corporis & animæ languentibus infirmitates. Corporis namque infirmitates Græco, forte premunt inuitum: vnde tibi dolorem inferunt, scilicet:

VI. Moyses à barbarus, ille infusus, ille insipiens, vbi videt Moysen Iethro quædam contra dignum facere, cum corripit, non curans quod sapiens esset, & intelligens, inuititer. que consilio increpationem: dicit enim illum D. CHRYS. redarguens: Sine labore consumere. Tibi motus Hom. de diem acceleras? Qui non odo igitur, forte plura viderend. dit, plura sentit quam Moyses? Ac ut non pollebat reprehens. ingenio? Non polleat, at Moysen turbantur Tom. 3.

9

Lib. 1. ad curandus Græco, forte premunt inuitum: vnde tibi dolorem inferunt, scilicet: